Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25888
Copyright: Admont, Benediktinerstift



46

In illo tempore · dixit ihs Beatitudinibus regnum dei
Vos estis sal terre · Si autem sal evanuerit unquid
salietur · Ad nichilum valet ultra nisi ut mittatur
foras et conculcetur ab hominibus · Vos estis lux
mundi · Non potest civitas abscondi super montem
positam · Neque accendunt lucernam et ponunt eam
sub modio sed super candelabrum : ut luceat omnibus
qui in domo sunt · Sic luceat lux vestra coram hominibus
: ut videant opera vestra bona et glorificent patrem
vestrum qui in celis est Sancti Matheum
In illo tempore · dixit ihs Ecce ego mitto vos sicut o
ves in medio luporum · Estote ergo prudentes sicut
serpentes : simplices sicut columbe · Cavete autem
ab hominibus tradent enim vos in concilis et in synagogis
suis flagellabunt vos et ad reges et principes du
cemini propter me in testimonium illis et gentibus · Cum
autem tradent vos nolite cogitare quomodo aut quid
loquamini · Non enim vos estis qui loquimini : sed spiritus
patris vestri qui loquitur in vobis Tradet autem frater
fratrem in mortem · et pater filium : et surgent filii
in parentes et morte eos afficient · Et eritis odio
omnibus propter nomen meum · Qui autem perseve
raverit usque in finem · hic salvus erit De martyribus
Adtende in conspectu tuo dne gemitus compeditorum vende viduis
nris septuplum in sinum eorum vindica sanguinem sanctorum tuorum qui
effusus est ps Deus venerunt gentes hereditatem tuam polluerunt
templum sanctum tuum Secundum matheum
Suspiciant sanctorum laudent ppli et laudem eorum nuntiat
ecclesia nomina autem eorum vivent in seculum seculi ps Exultate
justi in domino rectos decet collaudatio
Salus autem justorum a domino et protector eorum est in tempo
re tribulationis ps Noli emulari in malignantibus neque